

D. Papeus.

17.

Johanni Rudolpho Lavatero Tigurino  
illustris Gymnasii Hanovientis Rectori.  
Salutem.

Quod scribis te mirifico socinam legendi desiderio teneri,  
id etiam candidè accipio ego, monendi tamen tui occasio-  
nem mihi praebeo, ne hic nimium desideres. Multis enim  
inextricabiles tricas haeretici ille, necit. Et Patersheny  
suus adeo mihi versatus in libris illis est visus, ut ubi pedem  
figat, subdubitarim aliquando. Omnia perversissimi illius  
haeretici mysteria sunt in libro de servatore. Eius refu-  
tatio proximo nundinis prodit sat solida. Videbis D. V. bonam  
ejus partem refutatam in Commentario ad Rom: qui mihi  
sub prolo nunc sudat. Interim, quod hoc moneo, in  
optimam tu partem accipies à me tui amantissimi meo.  
Tua nunc occupatissima. Tamen à Tribunali  
iudicii mei, licet mihi sedere nec valet, nec fas sit,  
supplicem non repellam repente. Morem aliquam  
dabis. Interim tu reliquam partem adorna. Seras ad  
Brugthonam literas de Chronologica sententia meo  
si habere et communicare mecum queas, rem gratam  
feceris. Scio Mulhausenum Jesuitam non probasse adfi-  
lium meum Philippum, saltem insultando mihi, quod  
ab omnibus vapulem, de quo ipsi respondi. Illam magis  
ingenuam et eruditam censeo. Fieri potest, ut odio  
Kaligeri adversari mihi aliquid det. Id facile obser-  
vo verum si viderim. Interim scio Theologos, si tales  
esse velint, mihi adversari non posse. Scio et hoc, Ka-  
ligerum illum Burdonium plus te, quam me sua viru-  
lencia et scurrilitate, deformasse. Apologiae tuae non  
argumentum sed tempus nunc deest, propter urgent pra-  
teritum duorum Commentariorum ad nundinas futuras festi-  
nantium. Nec periculum in aliquantula mora. Sed finem  
facio. Tu interim mi optime Lavatere, vale et salve  
plurimum in Domino. Heidelbergae 14. Nov. 1607.